HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. AUGUSTINUS
12. bis 13. Jh. Seite 38v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26550
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Hic condimentum sermonum inter misce. si LXX infesto

Ut post huius sancti fabiani et sebastiani euenerunt.

Iuuenes laborem mereamini xpm denarium percipere.
debetis binos fabianum et sebastianum. quorum hodie fes
tiuitas agitur. precibus deuotis intercessores efficere. Ipsi
enim iuuenea domini strenuue laborauerunt. Nam sanctus fabi
anus diu in apostolica sede. ecclesie uerbis et factis nobiliter
prefuit. et hodie pro grege sibi commisso. ceruicem prebuit.
Beatus uero sebastianus cum de primis imperatoris amicis esset.
et multos ad martyrium corroborasse. a paganis com
prehenditur. ydolis immolare compellitur. quo renuente
iussu imperatoris. in campo ad stipem ligatur. a militibus sa
gittatur. Quicum uelut eritius esset sagittis repletus.
relinquitur in campo semiuiuus. post ea conualescens xpm
publice predicauit. et tunc tam diu fustibus ceditur. do
nec spiritus eius celo redditur. De sancto Mario Martha.

Hodie et quidam marius ualde nobilis cum uxore
sua marhta et filiis audifax et abacuc uite de
narium cum sanguine adepti sunt. Quos comprehendentes
pagani fustibus diu et flagris cruciauerunt. deinde
in eculeum suspenderunt. unguibus lacerauerunt. ignem
apposuerunt. manus preciderunt. alios autem decolla
uerunt. et corpora eorum incenderunt. ad ultimum
martham in limpha necauerunt. Ad hos omnes
kmi manus et corda tollite. hos lacrimis et precibus pos
cite. ut mereamini ab omni cruciatu anime et